

## MIXTURÆ.

## JULEPUM e CAMPHORA.

R̄. Camphoræ p. drachmam unam,  
 Sacchari purissimi p. unciam dimidiam,  
 Aquæ bullientis m. libram unam.

CAMPHORA primum cum paulo spiritu vino rectificato teratur, ut mollescat, deinde cum saccharo, donec perfecte misceantur; denique aquam sensim adde, et mixturam in operto vase frige factam cola.

## JULEPUM e CRETA.

R̄. Cretæ albissimæ preparatæ p. unciam unam,  
 Sacchari purissimi p. drachmas sex,  
 Gummi Arabici p. drachmas duas,  
 Aquæ m. libras duas.

MISCE.

## JULEPUM e MOSCHO.

R̄. Aquæ rosarum Damascenarum m. uncias sex,  
 Moschi p. grana duodecim,  
 Sacchari purissimi p. drachmam unam.

TERE saccharum cum moscho, et gradatim adde aquam rosarum.

## EMULSIO COMMUNIS.

R̄. Amygdalarum dulcium, pellicula dempta p.  
 unciam unam,  
 Gummi Arabici p. unciam dimidiam,  
 Sacchari purissimi p. drachmas sex,

Aquæ

Aquæ hordeatæ *m.* libras duas.

**SOLVE** gummi in aqua hordeata calida; et cum aqua penitus refrixerit, amygdalis cum saccharo contufis gradatim affunde, simul terens, ut lactescat; deinde liquorem cola.

## LAC AMMONIACI.

**R.** Gummi ammoniaci *p.* drachmas duas,  
Aquæ pulegii simplicis *m.* libram dimidiam.

**TERE** gummi in mortario cum aqua, donec solvatur.

## SPIRITUS VINOSUS

camphoratus.

**R.** Camphoræ *p.* uncias duas,  
Spiritus vinosi rectificati *m.* libras duas.

**MISCE**, ut camphora solvatur.

## S Y R U P I.

**UBI** pondus sacchari non præscribitur, intelligendum est, in singulas liquoris mensuras librales pondus sacchari esse debere uncias viginti novem. Saccharum sit purissimum, in pulverem redactum; et balnei calore liquetur, nisi aliter præscriptum sit: syrupus vero confectus in posterum diem seponendus est, quando crusta saccharina, si quæ supernatet, auferri debet.

SY-